

#### Universitätsbibliothek Paderborn

Scala Jacob

Lindeborn, Jan Antverpiæ, 1666

§. 1. De expergefactione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49085

## CAPUT II

104

ipna-

is,

ous

ealt

Et

re-

01-

rte

m-

er-

vel

lef-

ui,

ca-

14111

unt

tin

que

am

De Ascensu & Descensu quotidiano.

N rerum productione ab imperfecto ad perfectum procedit natura, antequam namque ex arbore fructus producat, videmus priùs in terra plantari semen, hoc radices emittere, in surculos excrescere, ramos expandere, soliis vestiri, gemmas emittere darca in due

dices emittere, in surculos excrescere, ramos expandere, soliis vestiri, gemmas emittere, slores induere, ac tum demum dare fructus. Naturam Ars imitatur, Pictor etenim depicturus alicujus essigiem, creta priùs eam in tabula delineat, inde diversos colores superinducit, ac tunc tandem imago resultat intenta. Ego exhibiturus Virginem Persectam, Naturam æmulatus sum hactenus & Artem, in capite præcedenti ejus Semen plantavimus, rudemque delineationem dedimus: quasi impersectum suit quod propositimus, hoc autem capite ad persectiora progrediemur, sructus ex hoc Semine educturi, & ultimos colores superinducturi, quo Virgo in actibus quotidianis persecta resultet, tradendo scil. quomodo Scalam nostram ascendat & descendat indies,

§. I.

# De Expergefactione.

On apparet unde congruentius initium ducendum, quam ab initio diei, expergefactione scil. Dico itaque Virginem Deo sacram, ac primum

ma-

L. 3. de Virg.

manè è somno expergiscitur, ascendere deberead Deum, id est, cogitationum suarum primitias Domino offerre: & hic Ascensus primus est: cujus praxin antequam doceam, præmittendum à D. Ambrosio id Virgini præscriptum: Primitias, inquit, Vigiliarum tuarum Christo dicato, primitias actuum tuorum Christo immola: qua loquendi formula præcepti hujus figuram duplicem insinuat, quæ deprimitiis & primogenitis in Veteri Lege Judæis olim Exod. 23: præscripta. De Primitiis habetur: Primitias frugum

terrætuæ deferes in domum Domini Dei tui & ibidem Ibid. 34: offeres. De Primogenitis autem: Exod. 22. & 34.6

Uti ergo Deus ab Israëlitis Ægyptiacâ servitute exemptis meritò sibi olim primogenita tam in hominibus & jumentis quam frugibus consecrari voluit, in nunc in Lege Nova à Virginibus è mundi servitute ereptis potiori jure quotidianarum actionum tan internarum quam externarum primitias sibi dedicar exposcit. Primitias vigiliarum tuarum Christo dicati

primitias actuum tuorum Christo immola.

At quomodo? Cogita dari tibi hunc diem ad De tui obsequium & animæ tuæ negotium promoven dum: inde in gratiarum actiones prorumpe probe ficio & in serventia desideria divini samulatus. Ve ac si accedens ad Deum, à quo quasi abfuisti dorme ens, eum amanter saluta, tua obsequia deser, teque ipsam ei devove. Vel à Deo te excitari tibi imaginant tanquam ægrè ferens, utpote cui deliciæ sunt esse cum filiis hominum tamdiu à tuo alloquio separari. Ve quid aliud cogitare poteris, quod tuæ magis arrides

Proverb. 8:31.

devotioni, vel quod hæc tibi suggesserit. Atque hanc praxin vel ab intensibilibus creatur 20

tr

de

ve

mi

ob

ex

fcr

ad

de

m

nu

qu

nu

tic

fti hi

m

tu ac

fer

co

acc

ma

39 I

pr

ead

0-

jus

m.

ut,

um

ræ\* 111

lim

um

em L. C.

exini

tute

tam

Carl

cath

ven-

cum

Ve

deal

tun

addisce: flores nonne vides sub vesperum folia contrahere, & ad ortum folis eadem manè denuò expandere? Flos es, O Virgo, in Ecclesia Viridario, sive, ut loquitur S. Cyprianus, Flos es Ecclesiastici ger- L.de hab. minis: contraxisti cogitationum tuarum folia in & Virg. obsomnum? ecce reduciad te Solijustitiæ, eadem expande lætior, expande alacrior: etenim de Iusto Eccl. 39:6. Icribitur quod tradet cor suum ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Fontes obice objecto compressi, eo remoto fluunt impetu majore: non putridum stagnum ut peccatores & mundi dilectores, sed sons es, cant. 4: quô piorum desideriorum & sanctarum cogitatio- 13. num lymphis animæ tuæ terram riges, & mortificationum aquis eluas imperfectionum sordes : obex ita stitit hunc fontem, somnus tuus? eo disrupto fluant hilatices perniciores, alluant animam tuam, in mare magnum divinæ majestatis restuant. Clibanus ignitus fenestrà occlusà servat intus calorem & ignem: at ac primum hæc panditur, calor erumpit & flamma: fervet in corde tuo ignis divini amoris? somnus eum Del conclusit? hoc recedente ebulliat flamma dilectiobe nis: non egreditur? signum est eum in te necdum. Vel accensum: five, ut loquar mitius, index est, si primitiæ Deo non dedicentur, non multum boni eo die de -mi que te exspectandum, si quidem vera est doctrina Cli-grad. 26. maci: "Est è Spiritibus unus, qui præcursor dicitur, nare " qui nos è somno surgentes protinus excipit, pri-"mumque nostrum cogitatum inquinare nititur: da "Domino primitias diei tuæ: erit enim tota ejus, " qui prior occupaverit. Ecce causam tam exigui tui profectus etiam post renovata proposita, inquire num rea

reasis hujus desectus: rarò namque bono finiuntu exitu, quæ sunt malo inchoata principio: und tradt. de cum monuisset Seraphicus Scriptor: Primitias cogimter.bom. tationum tuarum offer Deo: protinus subnectit han p. 1. c. 4. rationem: & ex hoc eris ad omne opus devotior & expeditior totà die; magnus namque ad virtutem stimulus manè adfuisse Deo, ei obtulisse & addixisse nostre servitia.

Hinc familiarissima semper hæc praxis animabu

Ps. 62: 2. divina charitate slagrantibus, è quibus Psaltes: Deus

Deus meus, ad te luce vigilo: & quis harum vigiliarum

fructus? sitivit in te anima mea, quam multipliciteri

bi caro mea: qui siti affligitur ad illud avidus anhelat

quod torridas fauces refecerat: es Anima sitibunda

sapuit tibi Dominus evigilanti? sities eum toto de

etiam corpore quoad actus mortificationum. Legis

indies in tuis Horis ad Laudes, & fortè nunquama

tendisti ut æmulareris, & quod in eod. Psal. sequitu

tendisti ut æmulareris, & quod in eod. Psal. sequiture. 7-10. Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis me ditabor in te, quia fuisti adjutor meus, & in velament alarum tuarum exultabo: adhæsit anima mea postume suscepit dextera tua, ipsi verò in vano quæsient animam meam. Pleni sunt Psalmi hac ejus praxi, hu jusque fructibus, quæ & usitata Isaiæ: De manè vigi labo ad te. Actum agerem, si citarem omnes, ideo superisti que claudet agmen B. Franciscus Salesius: is Patar pag. 16.

E 17.

que claudet agmen B. Franciscus Salesius: is Patars studiis invigilans & matrimoniali Ecclesiasticum Statum præserens inter alia sibi hoc exercitium præser psit, additurus etiam aliquod sacrum mysterium Pastorum præsertim devotionem, qui in ipsis nascentis auroræ incunabilis divinum Insantem natum adorarunt: Mariarum sedulitatem, quæ ut viderento

vene

ta

de

V

h

ti

ti

fu

C

d

q

ta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN venerarentur defuncti Salvatoris corpus summa pietate commotæ valde manè una Sabbathorum venerunt ad monumentum.

Si itaque, Virgines Deo sacræ, samiliaris vobis hujus ascensus praxis non suerit hactenus, sit imposterum: Non destrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat, urget Ecclesiast. Cum Psalte sit 14: 14. vox vestra: Manè oratio mea præveniet te. Expandite Ps. 87: 14. desideriorum & cogitationum Vela, quò ventum hauriatis divinarum aspirationum, si prosectum ametis. Olim dolebitis hac methodo non vos usas. Amatis Deum? sine eo esse non poteritis: potestis autem esse? jam non amatis: obsita est sætido vitiorum suorum allio, quam cœlestis ille magnes ad se non trahit: non careat animæ vestræ terra hoc rore matutino.

### S. II.

### De Surrectione.

Monet Ecclesiasticus: Hora surgendi non te tri- cap. 32.

ces: præcurre autem prior in domum tuam: quo vers. 15.

monito consulit duo: primam nempe hominis occupationem, cum è lecto assurrexerit, debere esse
Orationem, domo enim Oratorium significat, quod
domus est animæ, ubi sua hæc gaudeat libertate, sibique vacet: & cum hora surgendi venerit non pigritandum, sed surgendum alacriter: quod quomodo
faciendum, Virginem docebit hic s.

Vesperi, antequam indormias, horam tibi statues quâ surgendum erit: vel, si jam ex consuetudi-

F 2

itu

nde

ano

ex-

nu

itr

abus

em

run

er th

elat

ida!

d

7151

n al

5 111

ste ste erum

, hu

deo

tavi

Sta

efcn

um

(cep

1 20

ntd

ent